pauperibꝫ miſericorſ. in lectione uerax. in reſpon
ſiſ cautiſſima. mitiſ omnibuſ. inter nobileſ humi
liſ. iunioribuſ quaſi coequaliſ. In parcitate cibi
& potuſ dedita ita abſtinentie. ut nulla ſodaliū
ſibi equi-pararet̃. Igitur cum parenteſ eſtimarent
tempuſ iam inſtare nubile uirgini. conuocat
mater filiam. uerbiſq; ꝑdulcibuſ ortat̃ ne ſibi
abſcondat nata quid corde gerat̃. Tum ꝓfert
genitrix ſuū uelle. monſtrat familię numero
ſitatem. prędiorū infinitā copiam. fundoſ reple
toſ gazaſq; refertaſ. Blanditur filia aſſentiri
matri. ut copularetur marito. Seſe paratam
aſſerit ad ꝑſuadendum patri una cum amicis.
quo uolente nuptię celebrent̃. & coniugatur
nobiliſſimo. ditiſſimo. ac pulcherrimo iuueni.
Hiſ pactiſ uirgo dei aldegundiſ quod multo ante

xp̄m. Quorū madelgariuſ qui & uincentiuſ ex
petenſ monaſterium quod dicit̃ altuſ mōtſ. reli
gioſam fertur duxiſſe uitā. At coniunx eodem
ipſū feruenſ sacrum uelamen de manu beati aut
berti attrabatenſiſ & cameracenſiſ ęcclę ponti
ficiſ ſuſcipienſ. in monaſteriū ſeſe recepit quod
ipſa edificauerat in loco qui uocatur caſtrorum
locuſ. ut comperimuſ ita uocatum. quia inibi
quondam romanuſ exercituſ caſtra locauerat.
Poſtquam igit̃ uenerabiliſ uualdetrudiſ ſe
contemplatiuę uitę cōmiſit. miſit litteraſ ber
tilię matri. obſecranſ ut ſibi deſtinaret̃ ſorori
aldegundiſ conſolatum iri. & quam totius
rediret. Quod audienſ mater accutiū ꝓbuit
aſſenſum. dirigenſ filiam ad conſolandū ſororē.
Nam & euiſdem uualdetrudiſ uotū erat. ut

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 51, fol. [1]v – Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-85ky/9636/70589)